

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioann. Ionstoni|| Historiae Natvralis|| De|| Exangvibvs|| Aqvaticis|| Libri IV||

Jonston, Jan


Heilbrunna, MDCCLXVII.

VD18 90529022

Illustration: Tab. VI. Pagurus faemina ...


urn:nbn:de:gbv:45:1-11100

Pagurus femina




Cancer maris

Tab. VI.




Pagurus prone




Pagurus

Supine



Cancer Varius

maris moreus




Cancer flavus

sinu Undulatus



Aranej

marini Species prone




Aranej m. Spec. Supine



Araneus crustae

prone



Araneus supina

alius



Araneus alius



Cancer brachycheilos Rondel




Cancer minutior



Cancer minut



Cancer brachycheilos



Congener

Quartus ejusdem est figurae, sed pluribus spinis ab utroque latere et in dorso horret, pedibus et brachiis hirsutus, et supina parte, variis coloribus, sed praesertim rubro, maculatus.

TAB. IV. 4.
5. 6.

Quintus quem Heracleoticum Rondeletius vocat, aculeos in fronte habet et in lateribus. Pars testae pro-na aculeis aspera est, et hirta, coloreque fusco.

Sextus asperitatem in testa tomentosa habet, coloreque est cinereo et fusco.

Reperiuntur in Aegaeo, Ionio et Adriatico mari.

Locus.

Mares eliguntur autumnus, hyeme et Aprili mense *ad Cibum*, in plenilunio: foemina vero reliquo anni tempore usque ad Septembrem. Assantur etiam in furno ano et ore clausis, ne quod intus est liquidi effluat.

Ufus.

PUNCTVM III.

De Paguro.

TAB. V. 13.
14.

TAB. VI. 1.
3. 4.

Nomen.

Description.

Paguro, *παγὺρ τὸ ἔρην καὶ φυλάττειν ἐν πάγοις*, id est, *κρεμνώδει τόποις*, quod in locis praeruptis versetur, nomen inditum est. Simeon Sethi eum Carcini appellatione dignatur. A Paladio Cancer marinus dicitur. Scholiastes Aristophanis Caraburi exponit. Moderni Graeci Paguri nomen adhuc retinent, idemque in Dalmatia, teste Massario retinetur. Latior est quam longior, et ex Oceano in pedalem longitudinem abit. Visus in Anglia decem libras pendere. Valida crusta integitur et laevi, eaque novem in gyrum crenis imbricis modo incisa est. Color vivorum vividior prae nimia rosei exhalatione veluti subnigra tergora apparent. *Crura* utrinque blaela quatuor habent, villis hirta, ternis articulationibus geniculata, in quibus ungues acuti oblongique sunt minime bifidi. *Brachia* bifulca parte anteriore binis articulis intercepta forcipibus crenatis munita, in extremo nigra: quibus quae constringunt ut edant, etiam dura confringere possunt. *Branchias* utrinque in latere ostendunt dispositas, ut reliquum genus Locustarum, sub tergoris crusta fenis ordinibus ad tibiaram radices infertat. In ore tot comperies naturae secreta, tot adstantes appendices, tot pelliculas, ut coactus incredibile artificium necesse est fatearis. *Mutim*, quae hepar est, habet dulcissimam, maxima ex parte subrubram, cum infinitis prope apophysibus flavis grandistomacho adjacentibus. Reliquae partes internae musculis albis constant, quibus externae moventur.

Rondeletius sub nomine *Cancris* Massae descripsit. *Differentias* si spectes, alius est *Mas*, alius *Foemina*. Scaliger alium orbiculatiorem, fuscio-rem, et majorem facit; alium quadratiorem et minorem, colore dilutior, et paene pallida viriditate. Poreffos vocant Veneti.

Huc pertinet *Cancer Heracleoticus* Bellonii ab urbibus Heracleis, quarum una *Ponto*, altera *Propontidi* adjacet, dictus. *Crusta* firmiore munitur ut *Maja*, *Tibias* utrinque quaternas habet, *brachia* duo admodum firma, binis articulis geniculata, forcipibus robustis bifulca, hispida, et bene armata, quorum pars superior elatis crenis vallata est. Nonnulli *Gallum marinum* vocant, quod brachia ejus in crista galli modum tornata videantur. *Dorsum* tuberculis exasperatur et coloris est miniae.

Huic similis est *alter* pilorum densitate, Urbi corium referens. Differt a priore primum chelis, quae longiores sunt, et in extremo utroque, quae forcipem facit, et instar dentium sibi invicem dum clauduntur contingunt, colore miniae: praeterea pedibus brevibus, quorum duo posteriores utrinque brevissimi, antennis et oculis magis a se invicem distantibus. *Invenitur* in mari Tyrrheno et Adriatico: sed in Oceano maximus. Vidit Rondeletius unum, cujus latitudo palmum majorem superabat, longitudo ad semicubitum accedebat. Alexander apud Aelianum genus quoddam Cancerorum commemorat, quorum testa circumferentia undique pedis

Differentia.

Aelian. H.

A. l. 17. c. 1.